

## Pygmalion - Erzählebenen

Quas quia Pygmalion aevum **per crimen** agentis  
viderat, **offensus vitiiis**, quae plurima menti  
3 femineae **natura dedit, sine coniuge caelebs**  
**vivebat thalamicque diu consorte carebat.**  
Interea niveum **mira feliciter arte**  
6 **sculpsit ebur formamque dedit**, qua femina nasci  
nulla potest, **operisque sui concepit amorem.**  
**Virginis est verae facies, quam vivere credas**  
9 **et - si non obstat reverentia - velle moveri:**  
**ars adeo latet arte sua. Miratur et haurit**  
**pectore** Pygmalion **simulati corporis ignes.**  
12 **Saepe manus operi temptantes admovet**, an sit  
corpus, an illud ebur. **Nec adhuc ebur esse fatetur.**  
**Oscula dat** reddique **putat loquiturque tenetque**  
15 **et credit tactis** digitos insidere **membris**  
**et metuit, pressos** veniat ne livor in **artus.**  
Et modo **blanditias adhibet**, modo grata puellis  
18 **munera fert illi: conchas teretesque lapillos**  
**et parvas volucres et flores mille colorum**  
**liliaque pictasque pilas** et ab arbore lapsas  
21 **Heliadum lacrimas. Ornat quoque vestibus artus,**  
**dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.**  
Aure leves **baeae, redimicula** pectore pendent:  
24 **cuncta decent.** Nec nuda minus **formosa videtur.**  
**Conlocat hanc stratis** concha Sidonide tinctis  
**adpellatque tori sociam adclinataque colla**  
27 **mollibus in plumis - tamquam censura - reponit.**  
**Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro**  
**venerat, et pandis inductae cornibus aurum**  
30 **concederant ictae nivea cervice iuvencae**  
**turaque fumabant, cum munere functus ad aras**  
**constitit et timide:** „Si, di, dare cuncta potestis,  
33 **sit coniunx, opto,**“ - **non ausus** „eburnea virgo“  
dicere Pygmalion - „similis mea“ **dixit** „eburnae.“  
Sensit, ut **ipsa suis aderat Venus aurea festis,**  
36 **vota quid illa velint, et - amici numinis omen -**  
**flamma ter accensa est apicemque per aera duxit.**  
Ut rediit, **simulacra suae petit ille puellae**  
39 **incumbensque toro dedit oscula:** visa tepere est.  
**Admoveret os iterum, manibus quoque pectora temptat:**  
**temptatum mollescit ebur positoque rigore**  
42 **subsedit digitis** ceditque, ut Hymettia sole  
cera remollescit **tractataque pollice multas**  
**flectitur in facies** ipsoque **fit utilis usu.**  
45 Dum **stupet** et **dubie gaudet fallique veretur,**  
**rursus amans** rursusque **manu sua vota retractat:**  
**corpus erat,** saliunt temptatae pollice venae.  
48 Tum vero **Paphius plenissima concipit heros**  
**verba,** quibus **Veneri grates agit, ora**que tandem  
ore suo non falsa **premit dataque oscula virgo**  
51 **sensit et erubuit timidumque ad lumina lumen**  
**adtollens pariter cum caelo vidit amantem.**  
Coniugio, quod fecit, **adest dea,** iamque coactis  
54 cornibus in plenum noviens lunaribus orbem  
**illa Paphon genuit, de qua tenet insula nomen.**

### narrative Erzählebene

Der reine Erzählfaden als Wiedergabe eines (von äußeren Faktoren bestimmten) Handlungsablaufes, der sich in Ort und Zeit abspielt

### existenzielle Erzählebene

zentrale Lebensfragen wie Liebe und Tod, die eine Person wesentlich und grundsätzlich betreffen (wenn es um das Ganze der Existenz geht)

### psychologische Erzählebene

Schilderung der Innenwelt der Beteiligten, ihrer Gefühle, Stimmungen, Gedanken und Empfindungen;

Angabe der inneren Faktoren, von denen Entscheidungen beeinflusst werden und von denen die Akzeptanz oder Nicht-Akzeptanz des äußeren Geschehens oder eines Schicksales abhängen

### erotische/erotodidaktische Erzählebene

Anspielungen oder Schilderungen erotischer Natur, vor allem lehrhafte Anweisungen und Sentenzen über die Liebe (Ovid als *praeceptor amoris*)

### artifizielle Erzählebene

Reflexionen über das Wesen der Kunst, über den schöpferischen Prozess, künstlerisches Empfinden und den gesellschaftlichen Stellenwert bzw. die bleibende Bedeutung der Kunst (häufig: Verewigungsthematik)

### poetische/poetologische Erzählebene

metaphorische und symbolische Andeutungen und Reflexionen über Dichtung, ihren gesellschaftlichen Stellenwert und ihre Bedeutung, über verschiedene Methoden und Techniken und über die Abgrenzung literarischer Genera (auch Intertextualität);

Anspielungen auf die Tätigkeit des Dichters als Autor (Dichten über Dichtung)

### religiöse Erzählebene

Schilderungen religiöser Vorgänge und Riten

### politische Erzählebene

Anspielungen und direkte oder indirekte Auseinandersetzung mit politischen Ereignissen der Zeit (Herrschaft des Augustus)

### aitiologische Erzählebene

Herkunftserklärungen (oft zum Ende hin)